

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Primum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

Titelblatt

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770549](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770549)

M · TVLLII
CICERO NIS
OPERV M
TOMVS · OCTAVVS

Continens

De Philosophia Volumen Primum,

&

In ipsum Aldi Mannuccij Commentarium.

AD · CHRIST · ^{MVM}
HENRICVM · III · GALLIAE · ET · I · POLONIAE
REGEM



CVM · PRIVILEGIIS
VENETIS · CIO IO XXCIII
Apud Aldum .

CICERO

DE RE PUBLICA

TOMVS OCTAVVS

Continens

De Republica, Senatus Prætoribus,

&

Prætoribus, Comitibus, &c.

AD CHRISTI


HENRICVS IV. GALIÆ. ET I. POLONIÆ

EX BIBLIOTHECA
OLDENBURGENSI.

CVM PRIVILEGIIS

VENETIS. MDCCXIII

Apud Aldum.





A D . C H R . ^{M V M}

HENRICVM III · GALLIAE ET · I · POLONIAE

R E G E M



AGNA inter mortales, HENRICE. REX, atque adeo maxima Virtutis uis apparet. ea duce, summa quaeque homines gerunt, eximiamque nominis immortalitatem sibi comparant. Haec si in priuatis hominibus mira efficit, quidnam existimandum est in Principibus efficere, quique a Deo Opt. Max. ueluti exemplar ad imitandum nobis propositi sint? Omnes certe Principes a Deo esse, quis ignorat? Sed tamen, inter ipsos plurimum interesse, quis non uidet? Ut eos proxime ad Deum accedere putandum sit, qui uirtute magis praestent, eamque uita ipsa nobis exprimant. Potest singulari uirtute uir familiam uel obscuram illustrare. Potest & patriae, alioquin humili, splendorem afferre. Quod si non in una ciuitate, sed in eadem familia plures, pluresque huiusmodi sint, sique ij Principes sint, tantum & Prouinciae ipsi, & Ciuitati, & Familiae luminis accedit, quantum nedum cogitatione assequi nobis liceat. Hoc ego saepe mecum reputans, & attente animo uoluens, nihil reperiri posse affirmo, quod Regiae Gallorum genti equiparari ualeat. Quae, tot saeculorum, tot Regum propagatione celeberrima, CHRISTIANISSIMI titulum merito est consecuta. Quicumque enim Christianam pietatem sic amplexantur, atque defendunt, ut eam rebus omnibus anteponant, atque ab eius sanctissimis, & saluberrimis institutis numquam oculos, animumque deflectant, uiuentibus gloriam inter homines, animi tranquillitatem, secunda omnia, post obitum sempiterna diuinae felicitatis praemia largitur Deus. Hoc Tu, a maioribus Tuis Tibi traditum, Patris praesertim exemplo ad-

* 2 ductus,